



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XXXII. De exterioribus effectibus charitatis quantum ad  
elæemosinam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

præfertur extraneus coniuncto secundum caritatem.

AD TERTIVM dicendum, quod duplex est debitum. Vnum quidem quod non est numerandum in bonis eius, qui debet, sed potius in bonis eius, cui debetur, puta, si aliquis habet pecuniam, aut rem aliquam alterius vel furto sublatam, vel mutuo acceptam, siue depositam, vel aliquo alio simili modo, quantum ad hoc debet homo prius reddere debitum, quam ex eo benefacere coniunctis: nisi forte esse tanta necessitatis articulus, in quo etiam liceret ipsi rem alienam accipere ad subueniendum necessitatem patienti, nisi forte & ille, cui res debetur, in simili necessitate esset: in quo tamen casu pensanda esset vtriusque conditio secundum alias condiciones requisitas prudentis iudicio: quia in talibus non potest vniuersalis regula dari propter varietatem singulorum casuum, ut Philosophus dicit in 9. Ethicorum. Aliud autem est debitum, quod computatur in bonis eius, qui habet, & non eius, cui debetur, puta, si debeatur non ex iustitie necessitate, sed ex quadam morali aequitate, ut contingit in beneficijs gratis susceptis. Nullius autem benefactoris beneficium est tantum, sicut patet: & ideo parentes in recompensandis beneficijs sunt omnibus alijs præferendi, nisi necessitas ex alia parte præponderaret, vel aliqua conditio, puta, communis utilitas Ecclesie, vel republice. In alijs autem est æstimatio habenda & coniunctionis, & beneficij suscepti, quæ similiter non potest communi regula determinari.

Lib. 9. ca. 2. tom. 5.

AD QVARTVM dicendum, quod parentes sunt sicut superiores. Et ideo amor parentum est ad benefaciendum; amor autem filiorum ad honorandum parentes: & tamen in necessitatis extreme articulo magis liceret deserere filios, quam patres, quos nullo modo deserere licet, propter obligationem beneficiorum susceptorum, ut patet per Philosophum in 8. Ethicorum. cap. ultimo.

Lib. 8. circa finem libri tom. 5.

Super questio trigesima prima articulum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum beneficentia sit virtus specialis.

IN articulo quarto, nota responsio nem ad vltimum, ut possit diuersitatem specificam peccatorum discernere, & præcipue maledictione, an odij, vel ire, aut vtriusque sint, prout vnum vitium imperat alteri, sicut per oppositum vna virtus imperat alteri.

Lib. 3. ca. 1. a medio, & lib. 1. ca. 9. & 13.

2 Præter. Vitia virtutibus opponuntur: sed beneficentia opponuntur aliqua specialia vitia, per quæ nocumentum proximo infertur, puta rapina, furtum, & alia huiusmodi: ergo beneficentia est specialis virtus.

3 Præter. Caritas non distinguitur in multas species: sed beneficentia videtur distingui in multas species, secundum diuersas beneficiorum species: ergo beneficentia est alia virtus a charitate.

SED CONTRA est, quod actus interior, & exterior non requirunt diuersas virtutes: sed beneficentia, & beneuolentia non differunt, nisi sicut actus exterior, & interior, quia beneficentia est executio beneuolentia: ergo sicut beneuolentia non est alia virtus a charitate, ita nec beneficentia.

RESPON. Dicendum, quod virtutes dantur secundum diuersas rationes obiecti: tunc est ratio formalis obiecti charitatis, tunc nam utraque respicit rationem boni, ut ex prædictis patet. Vnde beneficentia est alia virtus a charitate, sed nominat quod ritatis actum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non dantur de habitibus virtutum, sed de actibus. Et ideo diuersitas præceptorum non habet uerios habitus virtutum, sed diuersos actus.

AD SECVNDVM Dicendum, quod omnia beneficia proximo exhibita, in quantum derantur sub communi ratione boni, ad amorem: ita omnia nocumenta in quantum considerantur secundum communem rationem, reducuntur ad odium. Prout autem caritas secundum aliquas speciales rationes boni, uel mali, reducuntur ad aliquas speciales uel uitia. Et secundum hoc etiam dicitur beneficiorum species. Vnde patet responsum.

QVAESTIO XXXII.

De Eleemosyna, in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de eleemosyna.

ET CIRCA hoc quaruntur decem.

1 Primum, Vtrum eleemosyna largitio sit actus charitatis.

2 Secundum, De distinctione eleemosynarum.

3 Tertio, Quæ sunt potiores eleemosynæ: Vtrum spirituales, uel corporales.

4 Quarto, Vtrum corporales eleemosynæ habeant effectum spirituales.

5 Quinto, Vtrum dare eleemosynas sit in præcepto.

6 Sexto, Vtrum corporales eleemosynæ sint danda de necessitate.

7 Septimo, Vtrum sit danda de iniuste acquisito.

8 Octauo, Quorum sit dare eleemosynam.

9 Nono, Quibus sit danda.

10 Decimo, De modo dandi eleemosynas.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum dare eleemosynam sit actus charitatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod dare eleemosynam non sit actus charitatis. Actus enim charitatis non potest esse sine charitate: sed largitio eleemosynarum potest esse sine charitate, secundum illud 1. ad Corinthios 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest: ergo dare eleemosynam, non est actus charitatis.

patet cu quis ex charitate, & ut latius...

¶ 2 Præ. Eleemosyna cõputatur inter opera satisfactiõnis, secundu illud Daniel. 4. Peccata tua eleemosynis redime: sed satisfactio est actus iustitiæ. ergo dare eleemosynam non est actus charitatis, sed iustitiæ.

¶ 3 Præ. Offerre hostiam Deo est actus latræ: sed dare eleemosynam, est offerre hostiam Deo, secundu illud ad Heb. ult. Beneficentiæ autem, & cõmuniõnis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus, ergo non est actus charitatis dare eleemosynam, sed magis latræ.

¶ 4 Præ. Philof. dicit in 4. Ethic. qd dare aliquid propter bonum, est actus liberalitatis: sed hoc maxime fit largitiõne eleemosynarum. ergo dare eleemosynam non est actus charitatis.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem patientem, & clausit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo?

RESPON. Dicendum, quod exteriores actus ad illam uirtutem referuntur, ad quam pertinet id, qd est motiuum ad agendum huiusmodi actus. Motiuum autem ad dandum eleemosynas est, ut subueniatur necessitati patienti. Vnde quidam diffiniẽtes eleemosynam, dicunt, quod eleemosyna est opus, quod datur aliquid indigenti ex cõpassiõne propter Deum: quod quidem motiuum pertinet ad misericordiã, ut supra dictum est. Vnde manifestum est, quod dare eleemosynam proprie est actus misericordiæ: & hoc apparet ex ipso nomine. Nam in græco eleemosyna a misericordia deriuatur, sicut in latino miseratio. Et quia misericordia est effectus charitatis, ut supra ostensum est, ex consequenti dare eleemosynam est actus charitatis, misericordia mediante.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod aliquid dicitur esse actus uirtutis dupliciter. Vno modo materialiter, sicut actus iustitiæ est facere iusta: & talis actus uirtutis potest esse sine uirtute. Multi enim nõ habentes habitum iustitiæ, iusta operantur ex naturali ratione, uel ex timore, siue ex spe aliquid adipiscendi. Alio modo, dicitur esse aliquid actus uirtutis formaliter, sicut actus iustitiæ est actio iusta eo modo quo iustus facit, scilicet prompte, & delectabiliter. hoc modo actus uirtutis non est sine uirtute. Secundum hoc ergo dare eleemosynas materialiter potest esse sine charitate. Formaliter autem eleemosynas dare, id est, propter Deum delectabiliter, & prompte, & omni eo modo, quo debet, non est sine charitate.

AD SECUNDVM dicendum, quod nihil prohibet actum, qui est proprie unius uirtutis, elicitiue attribui alteri uirtuti sicut ordinanti, & imperanti ad suum finem. Et hoc modo dare eleemosynam ponitur inter opera satisfactoria, inquantum miseratio in defectum patientis ordinatur ad satisfaciendum pro culpa. Secundum autem quod ordinatur ad placandum Deum, habet rationem sacrificii, & sic imperatur a latræ. Vnde patet responsio ad tertium.

AD QUARTVM dicendum, quod dare eleemosynam pertinet ad liberalitatem, inquantum liberalitas auferit impedimentum huius actus, quod esse potest ex superfluo amore diuitiarum, propter quam aliquis efficitur nimis retentiuus earum.

ARTICVLVS III. Vtrum conuenienter eleemosynarum genera distinguantur.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, qd inconuenienter eleemosynarum genera distinguantur. Ponuntur enim septem eleemosynæ corporales. scilicet pascere esurientem, potare sitientem, ueluire nudum, recolligere hospitem, uisitare infirmum, redimere captiuum, & sepelire mortuum: quæ in hoc uersu continentur.

¶ 1 Præ. Vifito, potto, cibo, redimo, te-go, colligo, condo.

¶ 2 Præ. Ponuntur etiam aliæ septem eleemosynæ spirituales. scilicet docere ignorantem, consulere dubitanti, consolari tristem, corrigere peccantem, remittere offendentem, portare onerosos & graues, & pro omnibus orare: quæ etiam in hoc uersu continentur.

¶ 3 Præ. Consule, castiga, solare, remitte, ser, ora. Ita tamen qd sub eodem intelligatur cõsiliu, & doctrina. Videtur autem quod inconuenienter huiusmodi eleemosynæ distinguantur. Eleemosyna. n. ordinatur ad subueniendum proximo: sed per hoc, qd proximus sepelitur, in nullo ei subuenitur, alioquin non esset uerũ, qd Dñs dicit Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & post hoc non hẽnt amplius quid faciant. Vnde & Dominus Matth. 25. commemorans misericordiæ opera, de sepultura mortuorũ mentionem non facit. ergo uidetur quod inconuenienter huiusmodi eleemosynæ distinguantur.

¶ 4 Præ. Eleemosyna datur ad subueniendum necessitatibus proximi, sicut dictum est: sed multæ alie sunt necessitates humane uitæ, quàm predictæ, sicut quod cecus indiget ductore, claudus sustentatione, pauper diuitiis. ergo inconuenienter prædictæ eleemosynæ enumerantur.

¶ 5 Præ. Dare eleemosynam est actus misericordiæ: sed corrigere delinquentem magis uidetur ad seueritatem pertinere, quàm ad misericordiam: ergo non debet computari inter spirituales eleemosynas.

¶ 6 Præ. Eleemosyna ordinatur ad subueniendum defectui: sed nullus est homo, qui defectum ignorantia nõ patiatur in aliquibus. ergo ut qd quilibet debeat docere quemlibet, si ignoret id, quod ipse scit.

SED CONTRA est, quod Greg. dicit in quadã hom. Habens intellectum, curet omnino ne taceat: habens rerum affluentiam, uigilet ne a misericordiæ largitate torpescat: habens artẽ, qua regitur, magnopere studeat, ut usum atque utilitatem illius cõ proximo patriatur: habens loquendi locum apud diuitem, damnationem pro reuoluto talento timeat, si cum ualeat, non apud eum pro pauperibus intercedat. ergo prædictæ eleemosynæ conuenienter distinguuntur secundum ea, in quibus homines abundant, & deficiunt.

RESPONDEO. Dicendum, quod prædictæ eleemosynarum distinctio conuenienter sumitur secundum diuersos defectus proximorum, quorum quidam sunt ex parte anime, ad quos ordinantur spirituales eleemosynæ: quidam uerò ex parte corporis, ad quos ordinantur eleemosynæ corporales. Defectus enim corporalis aut est in uita, aut est post uitam. Siquidem est in uita, aut est

Super quæstio. 119. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

IN ar. 2. in respon- sione ad primum. per se uir in huius mane, qd beneficium sepultura est defunctio beneficium, & secundum quod uiuere in memoria aliorum & secundum professionem propriam affectus ipsius sicut, exequens ordinata a defuncto, uoluntate eius cõsumas, & quasi durantem adhuc facti, ita sepeliens, affectum continuat, quæ defuncti ad corpus hẽbat. Differt aut multũ hoc, nihil esse sensibile a defuncto: & hoc, nihil esse illi;

Art. præced.

Homil. 9. in Enang. non remote a fine.



communis defectus respectu eorum, quibus oēs indigent: aut est specialis propter aliquod accidēs superueniens. Si primo modo, aut defectus est interior, aut exterior. Interior quidem est duplex. Vnus quidem, cui subuenitur per alimētum sicum. s. fames: & secundum hoc ponitur, pascere esurientem. Alius autem est cui subuenitur per alimentum humidū. s. sitis, & secundum hoc ponitur, potare sitientem. Defectus autem communis respectu exterioris auxilii, est duplex. Vnus respectu tegumenti: & quantum ad hoc ponitur, uestire nudum. Alius autem respectu habitaculi: & quantum ad hoc ponitur, suscipere hospitem. Similiter autem si sit defectus aliquis specialis, aut est ex causa intrinseca, sicut infirmitas: & quantum ad hoc ponitur, uisitare infirmum. Aut est ex causa extrinseca: & quantum ad hoc ponitur redemptio captiuorum. Post vitam autem exhibetur mortuis sepultura. Similiter autem spiritualibus defectibus, spiritualibus actibus subuenitur dupliciter. Vno modo poscendo auxilium a Deo: & quantum ad hoc ponitur oratio, qua quis pro aliis orat. Alio modo impendēdo humanum auxilium, & hoc tripliciter. Vno modo contra defectum intellectus. Et si quidem sit defectus speculatiui intellectus, adhibetur ei remedium per doctrinam: si autem practici intellectus, adhibetur ei remedium per consilium. Alio modo est defectus ex passione appetitiue virtutis, inter quos est maximus tristitia, cui subuenitur per consolationem. Tertio modo ex parte inordinati actus: qui quidem tripliciter considerari potest. Vno modo ex parte ipsius peccantis, in quantum procedit ab eius inordinata uoluntate: & sic adhibetur remedium per correctionem. Alio modo ex parte eius, in quem peccatur. Et si quidem sit peccatum in nos, remedium adhibemus remittendo offensam: si autem sit in Deum, uel in proximum, non est nostri arbitrii remittere, ut Hieronymus dicit super Matth. Tertio modo ex parte sequelae ipsius actus inordinati, ex qua grauantur ei coniuuantes, etiam preter peccantis intentionem, & sic remedium adhibetur supportando, maxime in his, qui ex infirmitate peccant, secundum illud Roma. 15. Demus nos firmiores infirmitates aliorum sustinere, & non solum secundum quod infirmi sunt, siue graues ex inordinatis actibus, sed etiam quaecumque eorum onera sunt supportanda, secundum illud Galat. 6. Alter alterius onera portate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sepultura mortui non confert ei quantum ad sensum, quem corpus post mortem habeat. Et secundum hoc Dominus dicit, quod interficientes corpus non habent amplius quid faciant. Et propter hoc etiam Dominus non commemorat sepulturam inter alia misericordie opera, sed enumerat solum illa, que sunt euidentioris necessitatis. Pertinet tamen ad defunctū, quid de eius corpore agatur, tum quantum ad hoc, quod uiuit in memoriis hominum: cuius honor de honore statui, si in sepulchro reuincatur: tum etiam quantum ad effectum, quem adhuc uiuens habebat de suo corpore, cui priorum affectus conformari debet post mortem ipsius: & secundum hoc commendantur aliqui de mortuorum sepultura, ut Tobias, & illi qui Dominum sepelierunt, ut patet per Augustinum in libro de cura pro mortuis agenda.

AD SECUNDVM dicendum, quod omnes alie necessitates ad has reducuntur. Nam cecitas, & claudicatio sunt infirmitates quedam: unde dirigere caecū, & sustentare claudum, reducitur ad uisitatioem infirmorum. Similiter et subuenire homini contra quaecumque oppressionem illatam extrinsecus, reducitur ad redemptio-

Super illud  
Matth. 18. Si  
peccauerit i  
te, &c. 10. 9.

Ca. 3. & ha-  
betur, 10. 4.

nem captiuorum. Diuitia autem quibus subuenitur, non quaeruntur nisi ad satisfactionem praedictis defectibus: & ideo non facit ratio de hoc defectu facienda.

AD TERTIVM dicendum, quod contentum quantum ad ipsam executionem ueritatem iustitia continere uidetur. Ad intentionem corrigētis, qui uult hominem culpa liberare, pertinet ad misericordie affectionem, secundum illud Proverbia sunt uerbera diligentis, quam fraudulenti odientis.

AD QUARTVM dicendum, quod quantia pertinet ad hominis defectum, sed quod quis nescit ea, quae conueniunt ei, sed per doctrinam subuenire ad eleemosynam. In quo tamen obseruanda sunt debita circumspectio personae, & loci, & temporis, sicut & in aliis uirtuosis.

## ARTICVLVS III.

Utrum eleemosynae corporales sint potiores, quam spirituales.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod eleemosynae corporales sint potiores, quam spirituales. Laudabilius enim est magis indigenti eleemosynam facere, ex hoc enim eleemosyna laudem habet, quod indigenti subuenit: sed corpus, cui subuenitur per eleemosynas corporales, est indigentioris naturae, quam spiritus, cui subuenitur per eleemosynas spirituales, ergo eleemosynae corporales sunt potiores.

¶ 2. Praeterea. Recompensatio beneficii laudem, & meritum minuit, unde & Dominus dicit Luc. 14. Cum facis prandium, aut cenam, nolite uocare uicinos diuites, ne forte & ipsi reuertentur: sed i eleemosynis spiritualibus est recompensatio: quia qui orat pro alio, sibi proficit, secundum illud Psal. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Qui et alium docet, ipse in scientia proficit: quod non contingit in eleemosynis corporales, ergo eleemosynae corporales sunt potiores, quam spirituales.

¶ 3. Praeterea. Ad laudem eleemosynae pertinet, quod pauper ex eleemosyna data conuertatur. unde Iob 31. dicitur. Si non benedixerunt mihi latera eius, & ad Philemonem dicit Apostolus. Viscera sanctorum reuerentur per te, frater: sed quando gratia pauperi eleemosyna corporalis potior est, ergo eleemosyna corporalis potior est, quam spirituales.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit. Dandum est, quod necesse est, cum negaueris quod petit, indocendum non cum inanem dimittas, & aliquid quod dabis, cum iniuste petentem conuertat. Quod autem est eleemosyna spiritualis, potior est eleemosyna corporalis, quod comparatio illarum

RESPON. Dicendum, quod comparatio illarum

narum potest attendi dupliciter. Vno modo simpliciter loquendo, & secundum hoc eleemosyna spiritalis praeminet triplici ratione. Primo quidem, quia id quod exhibetur, nobilior est. scilicet donum spirituale, quod praeminet corporali, secundum illud Prover. 4. Donum bonum tribuam vobis, legem meam non derelinquatis. Secundum, ratione eius, qui subuenit, quia spiritus nobilior est corpore. Vnde sicut homo magis debet providere quantum ad spiritum, quam quantum ad corpus: ita & proximo, quem debet sicut seipsum diligere. Tertio, quantum ad ipsos auctores, quibus subuenitur proximo, quia spirituales auctores sunt nobiliores corporibus, qui sunt quodammodo fertiles. Alio modo possunt comparari secundum aliquem particularem casum, in quo quedam corporalis eleemosyna alicui spirituali praefertur, puta, magis est pauperum fame morientem, quam docendum, sicut & indigentem, secundum Philosophum. melius est dari, quam philosophari, quamvis hoc simpliciter melius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dare magis indigenti, melius est ceteris paribus: sed si minus indiget sit melior, & melioribus indigeat, dare ei, melius est: & sic est in proposito.

AD SECUNDVM dicendum, quod recompen-satio non minuit meritum & laudem eleemosynae, si non sit intenta, sicut & humana gloria, si non sit intenta, non minuit rationem virtutis. Sicut & de Catone Salustius dicit, quod quo magis gloriam desiderat, eo magis eum gloria sequebatur. Et ita contingit in eleemosynis spiritualibus. Et tamen intentio bonorum spiritualium non minuit meritum, sicut intentio bonorum corporaliu.

AD TERTIVM dicendum, quod meritum datur eleemosynam attenditur secundum id, in quo debet rationabiliter requiescere voluntas accipientis, non in eo, in quo requiescit, si sit inordinata.

¶ Super quest. trigesima secunda articulo quinto.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Utrum eleemosyna corporales habeant effectum spirituales.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod eleemosyna corporales non habeant effectum spirituales. Effectus enim non est potior sua causa: sed bona spiritualia sunt potiora corporalibus. non ergo eleemosyna corporales habent spirituales effectus. ¶ 12 Præ. Dare corporale pro spirituali virtuti est simonia: sed hoc virtutum est omnino vitandum. non ergo sunt dande eleemosynae ad consequendum spirituales effectus. ¶ 13 Præ. Multiplicata causa, multiplicatur effectus. Si ergo eleemosyna corporalis causaret spirituales effectus, sequeretur quod maior eleemosyna magis spiritualiter proficeret: quod est contra illud, quod legitur Luc. 21. de vidua mittente duo aera minuta in gazophylacium, quae secundum sententiam Domini plus omnibus misit. non ergo eleemosyna corporalis habet spirituales effectus. ¶ 14 Contra est, quod dicitur Ecclesiastici 29. Eleemosyna uiri, gratiam hominis quasi pupillam conferabit.

¶ 15 Præ. Oportet quod cadit sub precepto, aliquo tempore obligat transgressores ad peccatum mortale, quae precepta affirmatiua obligant per tempore determinato. ergo si dare eleemosynam caderet sub precepto, esset determinare aliquod tempus, in quo homo peccaret mortaliter, nisi eleemosyna daret: sed hoc non videtur, quia semper probabiliter estimari potest, quod pauperi aliter subueniri possit: & quod id quod est in eleemosynas erogandum, possit ei esse necessarium vel in presenti, vel in futuro: ergo vbi quod eleemosynam dare non sit in precepto. ¶ 16 Præ. Omnia precepta ad precepta decalogi reducunt: sed inter illa precepta non est dandum eleemosynam. ¶ 17 Præ. Oportet quod cadit sub precepto, aliquo tempore obligat transgressores ad peccatum mortale, quae precepta affirmatiua obligant per tempore determinato. ergo si dare eleemosynam caderet sub precepto, esset determinare aliquod tempus, in quo homo peccaret mortaliter, nisi eleemosyna daret: sed hoc non videtur, quia semper probabiliter estimari potest, quod pauperi aliter subueniri possit: & quod id quod est in eleemosynas erogandum, possit ei esse necessarium vel in presenti, vel in futuro: ergo vbi quod eleemosynam dare non sit in precepto. ¶ 18 Præ. Oportet quod cadit sub precepto, aliquo tempore obligat transgressores ad peccatum mortale, quae precepta affirmatiua obligant per tempore determinato. ergo si dare eleemosynam caderet sub precepto, esset determinare aliquod tempus, in quo homo peccaret mortaliter, nisi eleemosyna daret: sed hoc non videtur, quia semper probabiliter estimari potest, quod pauperi aliter subueniri possit: & quod id quod est in eleemosynas erogandum, possit ei esse necessarium vel in presenti, vel in futuro: ergo vbi quod eleemosynam dare non sit in precepto.

RESPON. Dicendum, quod eleemosyna corporalis tripliciter potest considerari. Vno modo secundum suam substantiam, & secundum hoc non habet nisi corporalem effectum, in quantum sufficit corporales defectus proximorum. Alio modo potest considerari ex parte cause eius, in quantum, scilicet, aliquis eleemosynam corporalem dat propter dilectionem Dei, & proximi: & quantum ad hoc affert fructum spirituales, secundum illud Eccl. 29. Perde pecuniam propter fratrem, pone thesaurum in preceptis Altissimi, & proderit tibi magis quam aurum. Tertio modo ex parte effectus, & sic etiam habet spirituales fructus, in quantum. Proximus, cui per corporalem eleemosynam subuenitur, mouetur ad operandum pro benefactore. Vnde & ibidem subditur: Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & haec pro te exorabit ab omni malo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de corporali eleemosyna secundum suam substantiam.

AD SECUNDVM dicendum, quod ille qui dare eleemosynam, non intendit emere aliquid spirituale per corporale, quia scit spiritualia in infinitum corporalibus praeminere: sed intendit per charitatis effectum spirituales fructus promereri.

AD TERTIVM dicendum, quod vidua, quae minus dedit, secundum quantitatem, plus dedit secundum suam proportionem, ex quo pensatur in ipsa maior charitatis effectus, ex quo corporalis eleemosyna spirituales efficaciam habet.

ARTICVLVS V.

¶ *Utrum dare eleemosynam sit in precepto.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod dare eleemosynam non sit in precepto. Consi-li enim a preceptis distinguuntur: sed dare eleemosynam est consilium, secundum illud Danic. 4. Consilium meum regi placeat, Peccata tua eleemosynis redime: ergo dare eleemosynam non est in precepto.

¶ 12 Præ. Cuiuslibet licet sua re uti, & eam retinere: sed retinendo re suam aliquis eleemosynam non dabit. ergo licitum est eleemosynam non dare. non ergo dare eleemosynam est in precepto.

¶ 13 Præ. Oportet quod cadit sub precepto, aliquo tempore obligat transgressores ad peccatum mortale, quae precepta affirmatiua obligant per tempore determinato. ergo si dare eleemosynam caderet sub precepto, esset determinare aliquod tempus, in quo homo peccaret mortaliter, nisi eleemosyna daret: sed hoc non videtur, quia semper probabiliter estimari potest, quod pauperi aliter subueniri possit: & quod id quod est in eleemosynas erogandum, possit ei esse necessarium vel in presenti, vel in futuro: ergo vbi quod eleemosynam dare non sit in precepto. ¶ 14 Præ. Omnia precepta ad precepta decalogi reducunt: sed inter illa precepta non est dandum eleemosynam. ¶ 15 Præ. Oportet quod cadit sub precepto, aliquo tempore obligat transgressores ad peccatum mortale, quae precepta affirmatiua obligant per tempore determinato. ergo si dare eleemosynam caderet sub precepto, esset determinare aliquod tempus, in quo homo peccaret mortaliter, nisi eleemosyna daret: sed hoc non videtur, quia semper probabiliter estimari potest, quod pauperi aliter subueniri possit: & quod id quod est in eleemosynas erogandum, possit ei esse necessarium vel in presenti, vel in futuro: ergo vbi quod eleemosynam dare non sit in precepto.

¶ 16 Præ. Oportet quod cadit sub precepto, aliquo tempore obligat transgressores ad peccatum mortale, quae precepta affirmatiua obligant per tempore determinato. ergo si dare eleemosynam caderet sub precepto, esset determinare aliquod tempus, in quo homo peccaret mortaliter, nisi eleemosyna daret: sed hoc non videtur, quia semper probabiliter estimari potest, quod pauperi aliter subueniri possit: & quod id quod est in eleemosynas erogandum, possit ei esse necessarium vel in presenti, vel in futuro: ergo vbi quod eleemosynam dare non sit in precepto.

¶ Super quest. trigesima secunda articulo quinto.

IN artic. 5. eiusdem 32. quest. aduertendum est, quod doctrina auctoris hoc in loco a plerisque fuit male intellecta. Acciperunt namque, quod secundum doctrinam auctoris hic, ad hoc quod eleemosyna sit in precepto, duo simul requirantur scilicet superfluitas in debente, & extrema necessitas in eo, cui debetur. Cum tamen expresse concludendo in calce corporis articuli dicatur distincte. Sic ergo dare eleemosynam de superfluo, est in precepto, & dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate: alias autem est in consilio. Et quoniam iam multi anni sunt, quod contra hunc sensum, tractatum specialem scripti, ubi euidenter illum consutari, pertransendum puto.

¶ In eodem articulo aduerte, quod duo capita seorsum ponat eleemosynam in precepto. scilicet superfluitas, & necessitas extrema, dum litera intelligat rationem, quare non sufficit.

L a ficit

4. dist. 15. q. 2. art. 1. q. 4. & art. 4. q. 1. & quolib. 6. art. 12.

ficit quilibet necessitas, sed requiritur extrema, affert in potentiam unius ad subueniendum omnibus necessitatibus patientibus pro ratione. Et intendit, quod si omnis necessitas occurrerent mihi obligaret me ad subueniendum ei, tunc necessitas huiusmodi esset obligatoria ad impossibile. Constat enim ex facti evidentia, quod communitate homini cuilibet occurrunt tot necessitates patientes, quod nullus sat est ad subueniendum eis. Et propterea non quilibet, sed extrema necessitas occurrentis mihi, me obligat ad executionem precepti affirmatiui de elemosyna. Tunc enim est tempus pro quo obligat, nec tam multorum, aut frequens est huiusmodi occurfus, ut non possit ab uno fieri satis occurrenti, quia est de suo non potest, de alieno potest subuenire.

In eodem ar. in responsione ad tertium, dubium occurrit de tempore, pro quo superfluitas obligat ad dandum elemosynam ex duplici capite. Primo, quia si habens superflua tenetur pro tempore, quo habet superflua, dare elemosynam, sequitur, quod continue peccet mortaliter cessando ad horam a danda elemosyna. Et tenet sequela, quia totum illud tempus est tempus superfluitatis. Secundo, quia sequeretur, quod non posset quis ex superfluis secundum presentem statum emendo ascendere ad statum altiore, puta, ut ex eius sit dominus alicuius castri &c. Et tenet sequela, quia si tenetur dare superfluum secundum presentem statum in elemosyna, non potest in praedictum preceptum mutare statum.

Ad primum horum dicitur, quod cum dare elemosynam de superfluo intantum cadat sub precepto, in quantum est actus uirtutis, & tunc actus uirtutis requiratur non solum circumstantia temporis, sed alias circum-

lib. off. Re-  
fert dist. 86.  
ca. Pasce.

cepta nihil continetur de datione elemosynarum, ergo dare elemosynas non est in precepto.

SED CONTRA. Nullus puniatur pena aeterna pro omissione alicuius, quod non cadit sub precepto; sed aliqui puniuntur pena aeterna pro omissione elemosynarum, ut patet Matt. 23, ergo dare elemosynam est in precepto.

RESPON. Dicendum, quod cum dilectio proximi sit in precepto, necesse est omnia illa cadere sub precepto, sine quibus dilectio proximi non conseruatur. Ad dilectionem autem proximi pertinet, ut proximo non solum uelimus bonum, sed etiam opere mur, secundum illud 1. lo. 3. Non diligamus uerbo, neque lingua, sed opere & ueritate. Ad hoc autem, quod uelimus, & operemur bonum alicuius, requiritur quod eius necessitati subueniamus, quod fit per elemosynarum largitionem: & ideo elemosynarum largitio est in precepto. Sed quia precepta dantur de actibus uirtutum, necesse est quod hoc modo donum elemosynae cadat sub precepto, secundum quod actus est de necessitate uirtutis. secundum quod recta ratio requirit, secundum quam est aliquid considerandum ex parte dantis, & aliquid ex parte eius, cui est elemosyna danda. Ex parte quidem dantis considerandum est, ut id quod est in elemosynas erogandum, sit ei superfluum, secundum illud Luc. 11. Quod superest, date elemosynam. Et dico superfluum non solum respectu sui ipsius, quod est supra id quod est necessarium indiuiduo, sed et respectu aliorum, quorum cura sibi incumbit: quia prius oportet, quod unusquisque sibi provideat, & his quorum cura ei incumbit, & postea de residuo aliorum necessitatibus subueniat, respectu quorum dicitur necessarium personae, secundum quod persona dignitate importat. Sicut & natura primo accipit cibum ad sustentationem proprii corporis, quod est necessarium ministro uirtutis nutritiue; superfluum autem erogatur ad generationem alterius per uirtutem generatiuam. Ex parte autem recipientis requiritur, quod necessitatem habeat, alioquin non esset, quare elemosyna ei daretur. Sed cum non possit ab aliquo uno omnibus necessitatibus subueniri, non omnis necessitas obligat ad preceptum, sed illa sola, sine qua is, qui necessitate patitur, sustentari non potest. In illo enim casu locum habet quod Ambr. dicit. Pasce fame morientem: si non pa-

ueris, occidisti. Sic ergo dare elemosynam de superfluo, est in precepto, & dare elemosynam ei, qui est in extrema necessitate. Alias autem elemosynas dare est in consilio, sicut & de quolibet meliori bono dantur consilia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Daniel loquebatur Regi, quod non erat legi Dei subiectus, & ideo etiam, quae pertinent ad preceptum legis, quae non proficiebatur, erant ei proponenda per modum consilii. Vel potest dici, quod loquebatur in casu illo, in quo dare elemosynam non est in precepto.

AD SECUNDUM dicendum, quod bona temporalia, quae homini diuinitus conferuntur, eiusdem sunt quantum ad proprietatem: sed quantum ad usum non solum debent esse eius, sed et aliorum, qui ex eis sustentari possunt ex eo, quod ei superfluum est. Vnde Basil. dicit. Si fateris ea tibi diuinitus prouenisse, temporalia bona, an iniustus est Deus inaequaliter res nobis distribuens? Cur tu abundas, ille uero mendicat, nisi ut tu bonae dispensationis merita consequaris, ille uero patientiae brauius decoretur? Est panis famelicis, quae teneas, nudi tunica, quae in conclauis conferas, disalciaui calcens, qui penes te marcescit, indigeris argentum, quod possides inhumatum. Quocirca tot iniuriarum, quot dare ualens es. Et hoc idem dicit Ambr. ut habetur in Decretis dist. 47.

AD TERTIUM dicendum, quod est aliquid tempus dare, in quo mortaliter peccat, si elemosyna dare omittat. Ex parte quidem recipientis, cum apparet euidenter, & uergetur necessitas, nec apparet in promptu, qui ei subueniat. Ex parte uero dantis, cum habet superflua, quae secundum statum praesentem non sunt sibi necessaria, potest probabiliter alicui mari potest. Nec oportet, quod consideret omnes casus, qui possunt contingere in futurum: hoc enim est de crastino cogitare, quod Dominus prohibet Matth. 6. sed debet diiudicari superfluum, & necessarium secundum ea, quae probabiliter, & ut in pluribus, occurrunt.

AD QUARTUM dicendum, quod omnis subuenitio proximi reducitur ad preceptum de honoratione parentum. Sic enim & apostolus interpretatur 1. ad Timotheum 4. dicens. Pietas ad oia utilis est, & promissionem habens uitae, quae nunc est, & futura. Quae dicit, quia in precepto de honoratione parentum additur promissio. Vel sit loquens super terram. Sub pietate autem comprehenditur omnis elemosynarum largitio.

ARTICVLVS VI.

Vtrum quis debeat dare eleemosynam de necessario.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod aliquis non debeat eleemosynam dare de necessario. Ordo enim charitatis non minus attenditur penes effectum beneficium, quam penes interiorum affectum: peccat autem qui praepostere agit in ordine charitatis, quia ordo charitatis est in praepo...

¶ 2 Præ. Quicumque largitur de his, quæ sunt necessaria sibi, est propria substantie dissipator, quod pertinet ad prodigium, ut patet per Philo. in 4. Ethico. sed nullum opus uitioium est faciendum, ergo non est danda eleemosyna de necessario.

¶ 3 Præ. Apost. dicit. ad Tim. 5. Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior: sed quod aliquis det de his, quæ sunt sibi necessaria, uel suis, uidetur derogare cure, quam quis debet habere de se, & de suis, ergo uidetur quod quicumque de necessariis eleemosynam dat, grauius peccet.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Matt. 19. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia que habes, & da pauperibus: sed ille qui dat omnia, que habet, pauperibus, non solum dat superflua, sed etiam necessaria, ergo de necessariis potest homo eleemosynam dare.

RESPON. Dicendum, quod necessarium dupliciter dicitur. Vno modo sine quo aliquid esse non potest, & de tali necessario omnino eleemosyna dari non debet, puta, si aliquis in articulo necessitatis constitutus, haberet solum unde posset sustentari, & filii sui, uel alii ad eum pertinentes: de hoc enim necessario eleemosynam dare, est sibi, & suis uitam subtrahere. sed hoc dico, nisi forte talis casus immineret, ubi subtrahere de necessitate mortis exponeret, cum perione, per quam ecclesia, uel respublica sustentaretur, quia pro talis persone liberatione, seipsum & suos laudabiliter periculo mortis exponeret, & statum propriæ personæ, & aliarum personarum, quarum cura ei incumbit. Huiusmodi necessarii terminus non est in diuisibili constitutus: sed multis aditis, non potest diiudicari esse ultra tale necessarium: & multis subtrahitis, adhuc remanet, unde possit conuenienter aliquis uitam transigere secundum proprium statum.

superflue ministris absolute, non sunt ta men superflue ministris dispensatoribus in pauperes, & hospites perpetuo, a quibus habita ratione personarum, locorum. Hoc non minus licet priuata potest habent in maximum reditus.

Super quæstionibus triginta secundæ articulo sextum.

In articulo 6. eiusdem quæstionis nota, quod cum in calce eiusdem dicitur, quod in his casibus laudabiliter praetermittere aliquis id quod ad decetiam & c. ly. laudabiliter, non sumitur ut distinguitur contra ly. ex debito precepto, sed contra ly. temperabiliter: ita quod non est sensus, quod non ex uinculo precepto, sed honestate consilii bene faceret sed est sensus, quod non male, sed bene faceret in his casibus. Et patet hanc esse inentionem auctoritatis ex titulo, & materia. Et titulo quidem, quia in hoc articulo dicitur, An licet de necessario dare, & non an sit in precepto, uel consilio. Ex materia autem quia conuenit, quod cum magna necessitas rei publicæ, quam extrema necessitas alicuius occurrentis, necessitate ex ordine charitatis, qui est in precepto praeparare bonum commune primo, & uitam proximi, opportunitas ad decetiam status, ut patet.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod possit eleemosyna fieri de illicite acquisitis. Dicitur enim Luc. 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis: mammona enim significat diuitias, ergo de diuitiis inique acquisitis potest sibi aliquis spirituales amicos facere, eleemosynas largiendo.

¶ 2 Præ. Oportet turpe lucrum est, quod uel esse illicite acquisitum: sed turpe lucrum est, quod de meretricio acquiritur. Vnde & de homini sacrificio, uel oblatio Deo offerri non debet, secundum illud Deut. 23. Non offeres mercedem prostibuli in domo Dei tui. Similiter et turpiter acquiritur quod acquiritur per alcas, quia ut Phil. dicit 13. Eth. Tales ab amicis lucrant, quibus oportet dare. Turpissimum est acquiritur aliquid per simoniam, per quam aliquis spirituales amicos iuriâ facit, & tunc de homini eleemosyna fieri potest, ergo de male acquisitis potest aliquis eleemosynam facere.

¶ 3 Præ. Maiora mala sunt magis uitanda, quam minora: sed minus peccatum est deturri rei alienæ, quam homicidium quod aliquis incurrit, nisi aliquis in ultima necessitate subueniat, ut patet per Ambrosium dicitur. Pasce fame morientem, quoniam si non paueris, occidisti, ergo aliquis potest eleemosynam facere in aliquo casu de male acquisitis.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in li. de uerbis Domini. De iustis laboribus facite eleemosynas. Non enim corrupturi estis iudicem Christum, ut non uos audiat cum pauperibus, quibus tollitis. Nolite uelle eleemosynas facere de fenore, & usuris. fidelibus dico quibus corpus Christi erogamus.

RESPON. Dicendum, quod tripliciter potest aliquid esse illicite acquisitum. Vno modo, id quod illicite acquisitum est, non potest dari, ut patet per Augustinum dicitur, quod ad hoc dicitur, quod licet datio, non erit datio & acceptio secundum se iniusta. Si autem attenditur penes materiam pro qua, sic etiam pro meretricio, pro adulterio, & huiusmodi dare, & accipere erit secundum se iniustum, sicut dare pro beneficio Ecclesiastico, uel subuersione iustitie. Vtrobique siquidem datur, & accipitur pro actu peccati.

Secunda Secundæ S. Thomæ.

ARTICVLVS VII.

Vtrum possit fieri eleemosyna de iniuste acquisitis.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod possit eleemosyna fieri de illicite acquisitis. Dicitur enim Luc. 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis: mammona enim significat diuitias, ergo de diuitiis inique acquisitis potest sibi aliquis spirituales amicos facere, eleemosynas largiendo.

¶ 2 Præ. Oportet turpe lucrum est, quod uel esse illicite acquisitum: sed turpe lucrum est, quod de meretricio acquiritur. Vnde & de homini sacrificio, uel oblatio Deo offerri non debet, secundum illud Deut. 23. Non offeres mercedem prostibuli in domo Dei tui. Similiter et turpiter acquiritur quod acquiritur per alcas, quia ut Phil. dicit 13. Eth. Tales ab amicis lucrant, quibus oportet dare. Turpissimum est acquiritur aliquid per simoniam, per quam aliquis spirituales amicos iuriâ facit, & tunc de homini eleemosyna fieri potest, ergo de male acquisitis potest aliquis eleemosynam facere.

Super quæstionibus triginta secundæ articulo septimum.

In articulo 7. circa distinctionem de illicite acquisito, dubium occurrit, penes quod attenditur iniustitia acceptio, & dationis secundum se, ut distinguitur contra iniustitiam acceptationem, uel dationem, non secundum se, sed secundum causam, ut de turpi lucro dicitur. Et est ratio dubii, quia datio, uel acceptio secundum se, aut attenditur penes materiam acceptam, uel datam: aut penes materiam, pro qua datur, uel accipitur. Si attenditur penes materiam, que datur, uel accipitur, sic nulla acceptio est illicita, nisi si cadat super indebitam materiam, puta, alienum iniusto domino, ut contingit in rapina, furto, usura. Et similiter nulla datio est illicita, nisi de turpe indebita materia, puta, alienum. Et sic, cum in simonia, & subuersione iustitie datio & acceptio cadat super debitam materiam, si pecunia propria uoluntarie & non erit datio & acceptio secundum se iniusta. Si autem attenditur penes materiam pro qua, sic etiam pro meretricio, pro adulterio, & huiusmodi dare, & accipere erit secundum se iniustum, sicut dare pro beneficio Ecclesiastico, uel subuersione iustitie. Vtrobique siquidem datur, & accipitur pro actu peccati.

Ad hoc dicitur, quod licet datio, non erit datio & acceptio secundum se iniusta. Si autem attenditur penes materiam pro qua, sic etiam pro meretricio, pro adulterio, & huiusmodi dare, & accipere erit secundum se iniustum, sicut dare pro beneficio Ecclesiastico, uel subuersione iustitie. Vtrobique siquidem datur, & accipitur pro actu peccati.

Ad hoc dicitur, quod licet datio, non erit datio & acceptio secundum se iniusta.

4. dist. 15. q. 2. ar. 4. q. 2. & 3. Et quo lib. 2. ar. 30. cor.

Referet dist. 86. c. Pasce. Ex lib. off. Serm. 37. inter prim. & med. to. 10.









QVAESTIO XXXIII.

De correctione fraternali, in octo articulis distincta.

**D**EINDE considerandum est de correctione fraternali.

Et circa hoc quaeruntur octo.

Primo, Vtrum fraternalis correctio sit actus charitatis.

Secundo, Vtrum sit sub precepto.

Tertio, Vtrum hoc preceptum extendat se ad omnes, uel solum in prelati.

Quarto, Vtrum subditi teneantur ex hoc precepto prelatos corrigere.

Quinto, Vtrum peccator possit corrigere.

Sexto, Vtrum aliquis debeat corrigi, qui ex correctione fit deterior.

Septimo, Vtrum secreta correctio debeat precedere denuntiationem.

Octauo, Vtrum testimonium inductio debeat precedere denuntiationem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fraternalis correctio sit actus charitatis.

**A**D PRIMUM sic procedit. Vtrum fraternalis correctio sit actus charitatis. Dicitur in 1. ad Cor. 13. Si peccauerit in te frater tuus, qui frater est arguendus ex zelo iustitiae: sed iustitia est uirtus distincta a charitate. Ergo correctio fraternalis non est actus charitatis, sed iustitiae.

Præterea. Correctio fraternalis fit per secreta admonitionem: sed admonitio est consilium quoddam, quod pertinet ad prudentiam. Prudentis non est esse bene consilium, ut dicitur in 6. Ethic. ergo fraternalis correctio non est actus charitatis, sed prudentiae.

Præterea. Contrarii actus non pertinent ad eandem uirtutem. Sed supportare peccantem est actus charitatis, secundum illud ad Galat. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, quae est lex charitatis. Ergo uidetur, quod corrigere fratrem peccantem, quod est contrarium supportationi, non sit actus charitatis.

**S**ED CONTRA. Corripere delinquentem est quaedam elemosyna spiritualis: sed elemosyna est actus charitatis, ut supra dictum est. Ergo correctio fraternalis est actus charitatis.

**R**ESPOND. Dicendum, quod correctio delinquentis est quoddam remedium, quod debet adhiberi contra peccatum alicuius. Peccatum autem alicuius dupliciter considerari potest. Vno quidem modo, in quantum est nocuum ei, qui peccat. Alio modo, in quantum uertigitur in nocuum aliorum, qui ex eius peccato laeduntur, uel scandalizantur: & tunc in quantum est nocuum boni communis, cuius iustitia per peccatum hominis perturbatur. Duplex ergo est correctio delinquentis. Vna quidem, quae adhibet remedium peccato, in quantum est quoddam malum ipsius peccantis: & ista est proprie fraternalis correctio, quae ordinatur ad emendationem delinquentis. Remouere autem malum alicuius, cuius est ratio est, sicut bonum eius procurare: procurare autem fratris bonum pertinet ad charitatem, per quam uolumus, & operamur bonum amico. Vnde

de etiam correctio fraternalis est actus charitatis: quia per eam repellimus malum fratris. scilicet peccatum, cuius remotio magis pertinet ad charitatem, quam est remotio exterioris damni, uel etiam corporalis nocuenti, quanto contrarium bonum uirtutis magis est affine charitati, quam bonum corporis, uel exteriorum rerum. Vnde correctio fraternalis est actus charitatis potius, quam curatio infirmitatis corporalis, uel subuentio, quae excluditur exterior egestas. Alia uero correctio est, quae adhibet remedium peccati delinquentis, scilicet quod est in malum aliorum, & precipue in nocuum boni cõs boni. Et talis correctio est actus iustitiae, cuius est conseruare rectitudinem iustitiae unius ad alterum.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod glossa illa loquitur de secunda correctione, quae est actus iustitiae. Vel si loquatur de prima, tunc iustitia ibi sumitur secundum quod est uniuersalis uirtus, ut infra dicitur, prout etiam omne peccatum est iniquitas, ut dicitur 1. Ioan. 3. quasi contra iustitiam existens.

**A**D SECUNDUM. Dicendum, quod sicut Phil. dicit 1. 6. Eth. Prudentia facit rectitudinem in his, quae sunt ad finem, de quibus est consilium, & electio. Item cum per prudentiam aliquid recte agimus ad finem alicuius uirtutis moralis, puta reuerentiae, uel fortitudinis, actus ille est principaliter illius uirtutis, ad cuius finem ordinatur. Quia ergo admonitio, quae fit in correctione fraternali, ordinatur ad amouendum fratris peccatum, quod pertinet ad charitatem, manifestum est quod talis admonitio principaliter est actus charitatis, quasi imperantis, prudentiae uero secundario, quasi exequentis, & dirigentis actum.

**A**D TERTIUM. Dicendum, quod correctio fraternalis non opponitur supportationi infirmorum, sed magis ex ea consequitur. In tantum enim aliquis supportat peccantem, in quantum contra eum non turbatur, sed beneuolentiam ad eum seruat, & ex hoc contingit, quod fatigat emendare.

ARTICVLVS II.

Vtrum correctio fraternalis sit in precepto.

**A**D SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod correctio fraternalis non sit in precepto. Nihil enim quod est impossibile, cadit sub precepto, secundum illud 1. Hiero. Maledictus, qui dicit Deum aliquid impossibile precepisse: sed Eccl. 7. dicitur, Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit. Ergo correctio fraternalis non est in precepto.

**¶** 1. Prae. Omnia praeccepta legis diuinae ad praeccepta decalogi reducuntur: sed correctio fraternalis non cadit sub aliquo praecceptorum decalogi. Ergo non cadit sub precepto.

**¶** 2. Prae. Omnis praecceptum diuini est peccatum mortale, quod in saeculis uiris non inuenitur: sed omnisio fraternalis correctionis inuenitur in sanctis, & in spiritualibus uiris. Dicitur enim 1. ad Tim. 2. Cuius Dei, quod non solum inferiores, uerum etiam hi, qui superiorem uitae gradum tenent, ab aliorum reprehensione esse abstinent propter quandam cupiditatis maculam, non propter officia charitatis: ergo correctio fraternalis non est in precepto.

Superius quae trigesima prima articulum secundum.

In articulo in respon-

sione ad tertium nota pro timoratis conscientis, quod quando correctio fraternalis omittitur vel propter defectum spei, quia si non sperat illum se emendaturum, uel propter respectum humanum, quia timet ne illum offendat, uel quia timet ne reputetur presumptuosus, uel propter ignorantiam, quia non credit se in tali casu obligari: & breuiter, ex quacumque causa omittatur, si hoc saluatur in preparatione animi. Quod si crederet probabilitate, quod illum a mortali peccato retraheret, oia postponeret charitati fraternali: non est peccatum mortale. Et ratio est, quia

in tali

in tali

in tali

q. 58. art. 5.

lib. 6. ex c. 2. 7. & 11. tom. 5.

4. dist. 19. q. 2. art. 2. q. 2. art. 2. ad 6.

In expositione Symboli, ad Damascenum, c. 2.

Li. 1. c. 9. pa. 1. a medio, tom. 5.